

## Band VII., Nr. 2110, Seite 60-61

*Ritter Dietrich von Riehen verkauft gemeinsam mit seiner Ehefrau und mit Zustimmung von deren Brüdern und Neffen 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Jauchert Weinberg in Derdingen um 30 Pfund Heller an das Kloster Herrenalb.*

Ohne Ortsangabe, 1270. Ohne Tagesangabe.

Pateat universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, quod ego Dietricus miles de Riechen unâ cum consorte mea . . vendidi venerabilibus et deo devotis abbati et conventui in Alba Cysteriensis ordinis Spirensis dyocesis duo iugera vinearum et dimidium sita in Terdingen<sup>1</sup> in monte, qui dicitur Braitewise, pro XXX libris Hallensium, que predicta iugera per socerum meum dominum Marquardum de Bretheim nomine dotis tenui a primordiali cum uxore mea prefata copulatione et proprietatis titulo, quemadmodum socer meus ante tenuerat, non condicione aliquatenus feudali. Sed cum ex precepto domini non debeat frater fratrem et maxime simplicem in negotio circumvenire, quendam scrupulum in hoc facto latitantem nobis placuit aperire, videlicet quod proprietates vinearum, de quibus hic agitur, et ceterorum bonorum pro pensione dotis, videlicet LXXX marcis argenti, michi obligatorum ad germanos uxoris mee predictae dominum Dietricum et Bertholdum, Marquardum et pueros fratris eorum Alberti dicti Sele pertinebit octoginta marchis nobis sine diminutione qualibet persolutis. Cum igitur predictos fratres nunc de Vroudenstein dictos et fratruales occasione tali contractui presenti contigerit interesse, utilitati prefati abbatis et conventus intendens ordinavi vineas venditas et ab aliis bonis sequestratas per me per uxorem meam et fratres suos et fratruales sepe nominatos de consensu unanimi in manus ipsorum resignari proprietatis titulo sine inpetitione nostra seu quorumlibet heredum nostrorum perpetuo possidendas. Ut autem hec perpetuo inconvulsa permaneant, presentem paginam ipsis sigillis domini Ottonis de Eberstein et predictorum de Vroudenstein, qui omnes uno sigillo sunt contenti, et fratris mei Reinbottonis, quia proprio carui, tradidi communitam. <br> <br> Datum et actum anno domini MCCLXX. Testes: frater Heinricus cellerarius in Alba dictus de Tagersheim, dominus Bruningus sacerdos in Vroudenstein, dominus Trutwinus plebanus in Terdingen<sup>2</sup>, frater Dietricus, frater Bertoldus mercator, frater Rudolfus conversi de Alba, Burchardus dictus Roufelin et alii quam plures.

---

<sup>1</sup>Ober- und Unterderdingen.

<sup>2</sup>Oberderdingen.

## II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An weißen Leinenlitzen drei Siegel: 1) Das Siegel des Otto von Eberstein. 2) Das schildförmige Siegel der Herren von Freudenstein, c. 58, 45 mm (IV. A. 1.): Im Siegelfeld ein Schild mit leerem Herzschild, Umschrift: + . S . FILIORVM. MARQARDI . DE . BRETHEIM . 3) Das schildförmige, oben abgerundete Siegel des Dietrich von Riechen, d.h. also nicht, wie es in der Urkunde heißt, des Reinbot von R., sondern wohl des Vaters der Brüder Reinbot und Dietrich von R., der also auch Diether hieß, dessen Siegel somit der älteste Bruder in Verwahrung hatte und auch für die anderen Familienglieder verwandte, 53, 45 mm (IV. A. 1.): Eine nach links gerichtete Pfeilspitze (Strahl), Umschrift: + SIGILLum DIDERICI . DE . REHC .

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 K U 831

**Überlieferung und Textkritik:**

Original war ehemals im GLA Karlsruhe.

**Editionen:**

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.  
1=40 (1886) - [...] 1 (1850), S. 373.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)<br> Bad Herrenalb, CW<br> Bretten Wohnplatz (5295)<br> Bretten, KA<br> Dagersheim Wohnplatz (85)<br> Dagersheim, Böblingen, BB<br> Freudenstein Wohnplatz (7034)<br> Freudenstein, Knittlingen, PF<br> Oberderdingen Wohnplatz (5416)<br> Oberderdingen, KA<br> Richen Wohnplatz (1927)<br> Richen, Eppingen, HN<br> Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)<br> Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD<br> Speyer, SP<br> Unterderdingen Aufgegangen (22754)<br> Unterderdingen, aufgegeg. in Oberderdingen KA